tanquam Peremptorio stare sin parere respondere damna
praetacta Terrestra luere Inscriptioni praesenti in toto satisfacere
ac omne iudicatum Pati debebit ac tenebitur seq ac suos Succes
sores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Eun
dem Terminum Primum Peremptorium uti et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios
peremptorios uera infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum
Legatione intra uel extra Regnum Seruitio Militari ad Mu
nimenta ad Euictorem uel alys quibusuis dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo. Ad Euictationem
praeterea ultra proximos Officy praefati Castrensis Capitanealis
Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo Nul
lasq motiones apellationes ac earum Prosequutiones faciendo
ac praemissa omnia primis simplicibus uel triplicatis Euasio
nibus suspensionibus fatalys iuris praescriptione Terrestri
Castro conuentioneq ac alys iuris remedys et deffensis non
subterfugiendo nemodo quouis alio euadendo. Actum
Praesenti Personali Recognitione ad praemissa ora mediante.

Feria Tertia ipso die Festi
Sancti AEgidy Abbatis Anno
Domini Millesimo Sexcen
tesimo Septuagesimo Primo
Rosteccki Harzomskie Quietc

0 I Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal(ibus)
Premisliensibus personaliter comparens Nobilis Franciscus

Dunin Rostecki sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusuis proprys et competentibus recedendo praesentiuero Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum succesoribus rebonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando atque subyciendo palam libere publicè ac per expressum Recognouit. Qua ipse suo et Nobilis Zuzannae Stasierowska Nobilis olim Stanislai Stasierowski Consortis Relictae Viduae pro cuius ratihabitione cauet ac se praesentibus inscribit nomine Generosum Nicolaum Chanowski et ipsius posteros de Causa et Actione Officiaria infrascripta per se Recognoscentem et praefatam Nobilem Stasierowska ratione domus seu Curiae sui Recognoscen[tis] haereditatis et possessionis praedictae uero Nobilis Stasierowska pro tunc mansionis in suburbio Subcastren[si] alias na Podzamchu Premisliae in suburbio Subcastrensi alias na Podzamchu Premisliae violento modo consulto et de industria animo deliberato necsitar quo praetextu superinequitationis eadem que tumultus excitationis familiae domesticae insecutionis uerberibusque contumeliosis affectionis è domo praefata fugationis quorum in contemptum sui Recognoscentis in hypocaustrum inductionis praefatae Nobilis Stasierowska fenio confectae flagro converberationis uerbis ignominiosis tam se Recognoscentem pro tunc absentem quam praefatae Nobilis Stasierowska affectionis eiusdemque Nobilis Stasierowska nullo status muliebris et senectutis eius respectu habito conuer-

berationis aliarumque praetensionum in processu causae descriptarum illationis eidem Generoso Chanowski ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense institutae et intentatae Nec non de eadem ipsa Banitione perpetua, eiusque publicatione protestatione que ratione praemissorum facta de praemissis suo in termino laterorbus, quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Banitionem praefatam perpetuam, cum ipsius publicatione totumque antecedentem et subsequentem Processum cassat mortificat, et annihilat Sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium

Feria Quarta in Crastino Festi Sancti AEgidij Abbatis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

2/IX

Hermanowscy Mater cum filio ab Una et Kochanowscy mutuo inter se Roborant.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparentes, Generosi Catherina Krasowska, olim Generosi Joannis, de Grochce Hermanowski Consortis dilecta Vidua, ab una, et Albertus Franciscus ab eadem Grochowce Hermanowski, eiusdem olim Generosi